



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. Terræ aliò migrantes, vel trementes etiam prosunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Sobell. lib. 3. Trogo narratur, cum Tigranes Armenia rex Syriam occupasset, eam crebris terræ motibus sædè vastatam esse. Qua clade centi septuaginta Syrorum millia multæque vrbes vnâ interierunt. Quod prodigium mutationem rerum, quæ postea secuta est, potendere, aruspices responderunt. Sed videtur potius terra nouo incolas auersata, ad eorum aduentum cõhorruisse. Qui enim terra non sunt contenti sua, digni sunt, vt pereant in aliena; quæ sape, vt Alexandri equus fessorem, indignum possessorem excutit.

VI.
Ranulphus
lib. 7. cap. 15.

Quamuis nonnunquam, terra quoque ipsa ad alios migrat digniores. Quo pacto, in Italia, cum terra, per quadraginta continuos diés quateretur, villa quædam mota, Anno 1117. ad alium præcul distitum locum transuolauit. Et sæpius ita tellus tremuit vibrauitque. Talis enim motus *abstulit insulas mari, præxitq; terris: Antissam Lesbo, Zephyrium Halicarnasso, Ethos in Mindo, Dromiscon & Pernen Mileto, Narthecusam, Parthenia promontorio.* Aliæ multæ insulæ à Plinio recensentur, loco motæ, vel absorptæ, vel interruptæ haustæque. Quin etiam nascuntur, hoc

Plin. lib. 2.
nat. hist. c. 89.

Ibid. cap. 86.

modo, terra, ac repente in aliquo mari emergunt, volut paria seculi faciente natura, quæq; hauserit hiatus, alio loco, reddente. Vsq; ad etiam prodesse potest terræ tremor, vt terras reddat. Sed nulla maior utilitas, quàm quòd homines doceat timere Deum terræ concurentem. Cum Christus, in cruce infamè interfectus esset

Matth. 27. 51.

obstupuit natura, & terra mota est, & petra scissa sunt, & monumenta aperta sunt. Non caruit fructu suo motus ille. Siquidem Centurio, & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terra motu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde dicentes: Verè Filius Dei erat iste. In terra motu docibiles Dei, Deum agnoscunt, omnipotentiam illam intelligunt, iram metuunt, de peccato, velut de sepulchro resurgunt. Idcirco enim terram concutit Deus, vt petra & saxea impiorum corda scindantur. Quæ si obstinatè pergunt ire in seculum, & Seruatoris contemnere passionem, calcare sanguinem, Deum se misericordia indignos faciunt, eiusque sanguinem cogunt in cælum clamare. Quod, apud Moscum, Georgius Abbas, in Palestina vidit, testatusque est, cum extra ordinem audicus esset eiulare; eo quòd vidisset iratum in sublimi throno Christum, & quodam

Moscos Eui-
rat. in Prat.
spir. cap. 50.

quodam Iouis sancto, neque à sanctis, neque ab ipsa Matre sua, flecti potuisse; ac postea ipso die sancto Veneris, ingenti terræ motu, hora nona, tot vrbes ac populi ceciderunt. Ita passio Christi in salutem data, impijs fit in injuriarum recordationem; Deumque, quem hominibus bonæ voluntatis placat, duris cervicibus ad iram inflammat; in terrorem sceleratorum. Nam quid alijs fieri possit, exemplum in alijs fecit; quando varia hominum flagitia, horrendis terræ cladibus, vindicavit. Quod enim cælestis Pater fecit terram concutiens, Christo in cruce interfecto; id etiam postea sæpius repetiuit, cum eundem hæretici è diuinitatis folio deripere conarentur. Tantus & elemento horror, & ipsi Deo meff odium blasphemiarum.

Anno 343. sub Constantino Imp. Ariano, Neocæsarea vi terræ motus, mari absorpta; & An. sequenti Rhodus insula penè tota subuersa est: posteroque Dyrrachium totum procubuit. Quin etiam Roma, per triduum, magno cum periculo, tremuit: & duodecim Campaniæ vrbes funditus, eodem imperu, corruerunt. Atque An. 364. cum moreretur Constantinus Imp. Mopsucrenis, magno terræ motu, bona pars Constantinopolis diruta est. Apud authores non dubitatur, quin Deus, tot terræ motibus, qui acciderunt, sub hoc Imperatore, testatus sit, sibi Arianas blasphemias aduersus Filium Dei omninò displicere. Esse verò in pœnam talia, monstratum fuit, An. secundo Mauritij, juxta Chronicon Sigeberti, quando Antiochia pessumdata est. Vidit enim quidam ex ciuibus vir pius & liberalis, largusque in erogandis elemosynis, venerandum senem albo indurum vestimento, cum duobus socijs, in umbilico vrbis stantem, sudariumque, quod in manibus tenebat, excutientem super mediam ciuitatis partem, quæ subito cum ædificijs & mœnibus euersa est. Vix autem retineri poterat à duobus socijs, latus stipantibus, quò minùs sudarium super reliquam quoque vrbis partem, quæ incolumis stabat, effunderet. Placatus ergo, postquam hunc ipsum virum ac piuum ciuem, blandis verbis fuit consolatus, videri repente desijt. Qua in re patefactum est, vnde iudicij tam metuendi veniret executio; & quid apud Deum, possint pij deprecatores, quibus, vt olim Abrahæ, in perdenda Pentapoli, consiliorum suorum & fu-

VII.
Car. Sigon.
lib 5. Imp.
Occid.

Eutrop. li. II.

XI
Gg 2

Bruc. lib. 2.
Gg 2